

vite tumultibus sopio vacante mente: inter-
na viuacius apprehendo. tunc enim verba dei
mens viuacius penetrat. cum ad se admittit
re curas secularium tumultus recusat etc.

C. XLIII. De philippo et iacobo.

H sunt viri mi-
sericordie. eccle. xliij. Dicit gre-
gorius. Qui contra biformis for-
tune insultus vniformi constantia mentis mi-
litar premunitus vt nec in aduersis deiciat
nec in prosperis eleuetur. hic perfectus est vir
In verbis ergo propositis gloriosi isti prin-
cipes a virtute duplici commendantur: scilicet
a virili strennitate: et a clementi pietate.
Primum ibi. Isti sunt viri. secundum ibi. mi-
sericordie. Primum exhibebant sibi. secundum
nobis. Hec est enim religiosa iusticia vt vnus
quisque sit sibi strenuus et alius sit benignus.
Sciendum autem quod tam isti prin-
cipes scilicet philippus et iacobus quam ceteri apo-
stoli. tum propter excellentem vite sanctitatez
tum propter innumeras gratias quas prece-
teris sanctis tanquam fundatores ecclesie a do-
mino acceperunt. diuersis sunt appellationi-
bus in sacro eloquio nominati: eo quod eorum
sublimitas vno vocabulo non potuit desi-
gnari. Vocantur enim viri vt in proposito.
Principes vt in psalmo. Principes populorum
congregati sunt etc. Angeli quia per eos an-
gelorum exercitia: quorum est nunciare dum in
terris essent positi nunciabantur. Vocati sunt
domini vt est illud in psalmo. Domini fortes terre vel-
le sunt. Dicitur sunt autem viri propter vite
strennuitatem. Principes autem propter vir-
tutum sublimitatem. Angeli propter purita-
tem et nuntiatorum veritatem. Domini propter mi-
raculorum celebritatem. De primo nomine
exigente proposito thmate sit presens sermo.
De alijs vero in festo apostolorum petri et pau-
li sermones habeantur. Dicimus ergo ad lau-
dem et gloriam istorum principum verbum pro-
positum scilicet. Isti sunt viri misericordie.
quorum virilem constantiam Bern. decla-
rat sic dicens. Apostoli sancti in vita sua ma-
gnam habebant constantiam. Habebant enim
in conuersatione continentiam. in predica-
tione sapientiam. in passione patientiam. et in

bis tribus lucidarius eorum strennitas ap-
parebat. Primum dico habebant in conuersa-
tione constantiam. In omni conuersatione ni-
hil penitus admittentes in quo deum pos-
sent offendere et propriam conscientiam macula-
re. sensus exteriores et affectus interiores
ab omni illicito continentes. Hec autem vni-
uersitas continentie in triplici genere consi-
stebat. Continebant enim se a mundi diui-
tijs. eligentes nudam paupertatem. a carnis
delictis assumptes puram castitatem. a dyaboli
astutijs negantes consensum et propriam
voluntatem. et in his tribus ab omni se pro-
prio tenebant. plene et perfecte res corporis
et animam resignantes: et in horum trium oppo-
sitis deo strennue fidentes. Primum dico con-
tinebant se a mundi diuitijs: eligentes extre-
mam paupertatem respicientes in auctorez
fidei iesu qui pauper fuit in ingressu. quia
vt dicitur Luce. i. Hatus in diuersorio in pre-
sepium continuo reclinatur. Fuit pauperis-
simus in progressu. quia sicut Math. di. Vul-
pes foveas habent: et volucres celi nidos. fi-
lius autem hominis non habet vbi caput re-
clinat. Fuit etiam pauperissimus in egressu:
quia nudus pendeat in cruce et mortuus pater-
no inuoluitur alieno. quod considerantes di-
scipuli in profundam valde paupertatez se-
dimererunt. De qua paulus pro se et coapo-
stolis omnibus loquitur. i. Corin. iij. dicentis
Esurimus. sitimus. nudi sumus et instabiles
vsque purgamenta huius mundi facti sumus
peripissima omnium vsque adhuc. **S**e-
cundo continebant se a carnis delictis respu-
entes omnem voluptatem. de quibus iterum
dicit apostolus. ij. Corin. x. In carne am-
bulantes non secundum carnem militamus. Ac si
dicat. Licet in carne viuamus: tamen carni
non viuimus. et iterum Ro. vij. Non secundum
carnem ambulauimus sed secundum spiritum. et
iterum in eodem. Debitorum sumus non car-
ni: nec secundum carnem viuamus sed secundum spiri-
tum. Tertio continebant se a dyaboli astutijs
siue a cordis vitijs abnegantes propria vo-
luntatem. de quo iterum pro se et coapostolo
dicit Ro. xiiii. Nemo nostrum sibi viuatur. id
est sue voluntati: et nemo sibi moritur. Si-
ue enim viuimus domino viuimus. siue mor-

rimur dño morimur. Et qz apostoli ab his
tribus scz a rebus. corpore & spiritu se virili
ter continerent ut in nullo istorū deū offen
deret. ideo i istorū oppositis scz pauprate. ca
litate & in dei volūate viriliter adhibebāt
& sic in puerfatione habebant continentiaz
se a malis omnibz p̄feruantes. Scdo habe
bant in predicatione sapiennā per quā con
stanter predicabant doctrinā suam signis et
prodigijs p̄firmantes. de qua dixit dñs Lu
ce. xxi. Dabo vobis os & sapiennā cui resiste
re nō poterunt omnes aduersarij vestri. Hac
autē sapiennā ad triplex bonū vsi sunt. Pre
dicabant em sine errore sine terrore. oper la
boze suam predicationē p̄firmātes. Primo
dico. predicabant p̄ suā sapiennā sine erro
re. omnes p̄fidias & hereticas p̄auitātes de
stuentes. Spiritus em sanctus vt veritas
p̄miserat docebat eos omnē veritatem. Si
ne errore autē predicat qui veritatē predicat
p̄pter teum. p̄pter deū dico. qz qui p̄pter sui
ipius ostentationē vel turpis lucri acquisiti
onem. vel p̄pter adulationē. vel p̄pter quam
cumq; aliā causam a deo incuruans intenti
onem predicat. nō veritatē predicat sed er
rorem. etiā si verū est qd loquitur. que omnia
de se & coapostolis negat paulus. i. thessa. ij
dicens. Exhortatio nostra nō de errore est ne
qz de immundicia neqz in dolo. sed sicut pro
bati sumus a deo. vt crederet nobis euāge
lium ita loquimur. Non q̄si hominibz pla
centes sed deo qui p̄bat corda. Neqz em ali
quando fuimus in f̄mone adulationis sicut
scitis. neqz in occasione auaricie. deus testis
est. neqz q̄rentes ab hominibz gloriā. neqz a
nobis. neqz ab alijs cū possemus oneri no
bis esse vt xp̄i apostoli. Scdo habebant sa
piennā predicātes sine terrore. pro verita
te verbum dei & salute hominū vitā & corpo
ra exponentes. quam audaciam docuit eos
magister eorū Luce. xij. cum dixit. Dico vo
bis amici meis ne timeamini ab his q̄ oc
cidunt corpus. & post hoc nō habent ampli
q̄ addant. sed timeate eū qui postq̄ occide
rit habet p̄tatem mittere in iehennam. Cui
doctrinē magister eorū exempluz addidit in
seipso. quod & fecerūt. qz p̄pter nullam pote
statem. p̄pter nullā tyrannidem a veritate re

cesserunt. sed cum magna constantia imper
territi loquebant verbū dei coram regibz et
tyrannis. Tertio habebant virilem sapien
tiam suā predicationē p̄firmantes ope et la
boze. qz qd verbo docuerant exemplificaue
rant in seipis imitantes magistrum iesum.
de quo dicit Actu. i. Cepit iesus facere & do
cere. primo facere. scdo docere. vñ vnus eorū
scz iacob dicebat. Estote factores dei. & nō
auditores tm̄. fallentes vosmetipsos. quam
formā paulus in se sumpsit cum dicebat.
Nihil audeo loqui eorū que p̄ me non effi
cit xp̄us. iudicans verecunduz predicatori
qui predicat qd non facit. qz quod verbo edi
ficat negligentia destruit. qd cum sit diffici
limū. ideo veris predicatoribz qui verbo p̄
dicant & exemplo debetur aureola. quam in
cōmunibus opibus nō meremur. **¶**
Tertio glorioli isti principes virile constan
tiam in hoc exhibebant. q̄ habebant in passi
one patientiā. nec murmurātes neqz queru
lantes. sed tacita cōscientia quicquid eis ir
rogatum fuerat sufferentes. Hanc autē pati
entiam exhibebant in suis passionibz p̄pter
tria. vt videlicet se magistro p̄formareut. ex
emplū posteris darent. premia cumulatēt.
Primo dico patientiam in suis passionibz
exhibebant vt se magistro conformarent. sic
enim predixerat eis iesus Math. Nō est di
scipulus super magistrū. Si enim me p̄secu
ti sunt & vos p̄sequētur. Ad hanc p̄formita
tem monuit Ap̄ls Hebr. xij. cū dixit. Per
patientiam curramus. p̄positū nobis certa
men aspicientes in auctore fidei & consumma
toze iesum. qui proposito sibi gaudio susti
nuit crucē confusionis p̄tempa. & subiungit
Recogitate eum qui talem sustinuit a pec
catoribus aduersum semetipm̄ contradicti
onem. vt non fatigemini animis vestris de
ficientes. qd & fecerunt. nam in omni pressu
ra & angustia ad formā a magistro eis tradi
tam mēraliter recurrebāt. sic enim magister
eorū dixit. Exemplum dedi vobis vt & vos
ita faciatis. Scdo patientiā in suis passio
nibus exhibebant. vt patiendi formam po
steris daret. vt sicut ipi a magistro acceperāt
sic eandem formam in posteros transfude
runt. sic em sepe legitur in euangelio. **¶**
A. 3.

Sermo

discipulis ut apponerent turbe. **Hinc** **Lho-**
ij. dicit. **Hanc** temptationem permisit deus eue
nire ei: ut posteris daret exemplum patientie
eius: sicut et sancto iob. **hinc** **Jac. v.** **Exem-**
plum accipite fratres exitus mali et longanmi
tatis laboris et patientie sanctorum: et subiun
git. **Ecce** beatificamus eos qui sustinuerunt.
Sufficientiam iob audistis et finem domini vi
distis. **Tertio** patientiam exhibebant in suis
passionibus ut premia cumularerent. **Nemo** enim
ut ait veritas coronabit nisi qui legitime cer
tauerit. **Legitime** autem certat qui passioni pa
tientiam supponit: hinc veritas dicit apostolis.
In patientia vestra possidebitis animas ve
stras. **Ac** si dicat. **Passiones** parum valent:
sed ex patientia supponit animas possidemus?
Hinc apostolus. **Si** quis putat se aliquid scire
et nondum scit quod oporteat eum scire. in quibus
verbis nobis insinuat quod passio sine peniten
tia parum valet. **De** quibus meritis dicit apo
stolus. **i. Corin. iij.** **Illud** quod momentaneum
est et leve tribulationis in presenti super modum
in sublimatione eternum glorie pondus opa
tur in nobis. **Non** enim ut idem ait sunt con
digne passiones huius temporis ad futuram gloriam
que reuelabit in nobis. **Et** sic patet primum
membrum scilicet quod gloriosi isti principes via su
erunt. **i. viriliter** vixerunt. **Ad** **Secundum** secundum
principale scilicet misericordie: in quo declaratur
quid nobis effecerunt. **Sibi** enim dura et aspe
ra impendebant et nobis misericordiam exhibe
bant: et hoc est religiosa iusticia. ut quis si
bi durus et alius sit remissus: quis in multis
religiosis precarium videatur qui sibi sunt re
missi et alius nimis duri. qui ut ait veritas
imponunt gravia et importabilia in humeros
hominum. digito autem suo nolunt ea mouere.
Dicit autem bernardus quod gloriosi isti principes ex tri
plici causa dicuntur viri misericordie. **Primo**
quod misericordiam a deo sunt secuti. **Secundo**
quod misericordia pleni. **tertio** quod a deo nobis
misericorditer sunt donati. **De** primo scilicet
quod a deo misericordiam sunt secuti: et nullis
eorum meritis a deo sunt preuenti dicit **Jo**
han. xv. **Non** vos me elegistis: sed ego e legi
vos et posui vos ut eatis et fructus afferatis
et fructus vester maneat. **Quam** electioem apo
stolus aperit insinuat ad **Lbi. di.** **Ad** ex

operibus iusticie que fecimus nos sed secundum suam
misericordiam saluos nos fecit. **Secundo** dicit
sunt viri misericordie: quod misericordia pleni
quod in vita eorum et in actibus legitur euiden
ter. **Ibi** enim legitur quod discurrebant: quod
modo se ipsos impendebant: quod etiam suis
persecutoribus misericordiam exhibebant. **Ter**
tio dicit sunt viri misericordie: quod misericor
diter nobis a deo donati sunt ut in eorum lapsi
bus: et rursus in eorum virtutibus discamus
quid a domino sit sperandum pariter et timen
dum. **Unde** **Gregorius.** **Narrat** nobis sacra scri
ptura sanctorum gesta ut ad imitationem cor
da prouocet infirmorum. dumque illorum victi
cia facta commemorat. contra viciorum prelia
debilia nostra confirmat. **Ad** nunquam autem
non solum nobis virtutes sed et casus innotescit
ut et in victoria fortium videamus quid
imitari debeamus: et in lapsibus quid timea
mus. **Ecce** in precipuis apostolis petro et pau
lo videmus lapsus in quos ceciderunt. vide
mus et summam dignitatem in quam surrexerunt
ut ex consideratione lapsuum trepidemus: et ex
consideratione reparationis non desperemus
fiduciam nostram erigentes in dominum iesum.

XLIII. Sermo de eodem.

Quoniam fratres quomodo
modo vos oporteat imitari non
Nec enim panem gratis mandu
cauimus sed in labore et fatigatione nocte et
die operantes ut nosmetipsos formam dare
mus vobis **Lxx. iij.** **Dicit** **Gregorius.** **Al**
li modis omnibus ad exemplum viuendi de
betur pertrahi: qui cunctis passionibus carnis
mortui: tamen spiritualiter viuunt: qui prospera
mundi postponunt. qui nulla aduersa per
timefcunt. qui sola interna desiderant. qui
nulla illicita perpetrarunt et perpetrata ab alijs
deplorant. qui se imitabiles in cunctis que
agunt insinuant: et nihil in se habeant quod
erubescant. **Et** quod gloriosi isti principes hanc
descriptionem in vitam suam veraciter trans
plantabant. ideo ipsi se nobis proponunt in
exemplum imitationis sine rubore: dicentes
nobis verbum propositum. **S** **In** qui
bus verbis duo possumus intelligere: scilicet
cet imitationis exhortationem. **Secundo** vite sue